



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

50. An percutientes Equites D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, incidant in censuram canonis? Et quid de Nouitiis prædictorum Equitum? Et quæritur, quid dicendum sit de Commendatariis, in quibus maior ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Ob Clerici percussione. Ref. XLVIII. &c. 153

cenfuram; nam, licet violentiam inferat naturæ, (ut in medicinz usu contra febrim,) non tamen personæ Ecclesiasticæ, propriæ, & præcisè loquendo. [Ita ille, cui etiam adde Præfolum in *Repub. Christi. tom. 2. lib. 1. diff. 2. § 1. n. 19.* qui citat Cajetanum, Angles, & Barbofam: & novissimè, me citato hanc sententiam defendit Alphonsus de Leone, *de cens. recoll. §. 1. n. 28.* ed quodv dictū est, talis violentia non est iniuriola, neque statui Ecclesiastico, neque sibi, sed fœtui duntaxat. Et idem dicendum est de alio propinante potionem pro abortu faciendi moniali; ut tradit Portel. in *dubis Regul. verb. Manus violentæ, n. 2.* ubi sic ait: [Procurans abortum monialis, eique potum propinans, illa consentiente non incurrit excommunicationem; quia in primis non dat venenum, nec facit violentiam personæ sacræ, quia Moniale non occidit, imò illa consentit. Si verò occidit fœtum animatum, persona fœtus non est sacræ: nec saltem incurrit hanc positam ob percussione Clerici quicquid sit de excommunicatione Sixtiana propter abortum, moderata per Greg. XIV.] Ita ille.

2. Sed contrarium docet Bordonus in *consil. Regul. 1.1. ref. 28. n. 10.* quia læditur tum fœtus, tum ipsa Monialis. Ego autem puto incidere in excommunicationem Canonis, *Si quis suadente*, extraneum dantem potionem, & sequuto effectu: quia fœtus est pars ventris & viscera matris, ut in simili de fœtu mortuo cum matre sepeliendo dixit Lætorius *tit. 1. de funer. c. 1. n. 42.* Quod firmatur: quia tangens non solum vestimentum, quo Clericus actu induitur; sed etiam equum, vel inherens equo, qui insidet, incidit in excommunicationem: ergo multo magis abortire faciens Moniale; cum non adherens Moniali, sed partem naturalem ipsius lædat: & sic non naturæ, sed personæ religiosæ sit violentia, & corporalis læsio. At his non assentitur ex Cajetano, & aliis, Sayrus *de cens. lib. 3. c. 26. n. 17.* unde utraque opinio est probabilis: sed negativa est probabilior.

RESOL. XLVIII.

An Monialis sumens potionem mortiferam fœtui vel pugnus se percussit ad abortum faciendum, ut postea sequitur, non solum incidit in penas Bullæ Sixti V. sed etiam in censuram cap. Siquis suadente Diabolo: Ex p. 7. tr. 5. Ref. 40.

Incidere in penas Constitutionis Sixti V. non autem in excommunicationem dicti cap. Si quis suadente Diabolo, docent aliqui. Et ita docet amicissimus Bellochius in *praxi p. 2. q. 8. n. 108.* Capeavilla *de casib. refer. c. 9. quest. 3.* & alij, quos citat & sequitur Mazuch. *tr. de cas. reserv. disp. 2. c. 3. q. 3. diff. 3. n. 67.* quia licet talis percussio sit violenta naturæ, non est tamen iniuriola statui Ecclesiastico, nec violenta Religiosæ personæ, cum non intendat sibi injuriam inferre, sed tantum fœtui: & docet etiam Avila *de cens. p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 12. concl. 2. vers. sequent.* & Bonacina *de cens. disp. 2. quest. 4. punct. 1. §. 1. num. 6.* quibus adde novissimè P. Alphonsum de Leone *de cens. Recoll. §. 1. n. 128.*

RESOL. XLIX.

An Equites D. Iacobi, Alcantara, Calatrava, &c. gaudeant privilegio fori, & Canonis? Et in utroque quid dicendum est, si dicti Equites professionem non emisserint, sed tantum habitum acceperint?

rint? Ex parte 5. tractatu 13. & Miscell. 1. Ref. 44.

1. Negativam sententiam docet Lopez de Texe-
da *contr. 11. dub. 1. num. 16.* ubi sic ait. De Commendatariis, quos vulgo vocat de *Santiago, Calatrava, Alcantara, & de Aris*, quales sunt in Lusitania manifestum est à principio Ordinum ipsorum habuisse hoc Canonis privilegium, illoque perfectissime gaudere, ut non solum quia Erant Religiosi in communitate viventes, & profitebantur tria vota, tamen si quidā eorum solam castitatem conjugalem profiterentur inter quos quidam eorum servabant Regulam D. Augusti, quales erant commendatarij D. Iacobi, & alij regulam D. Benedicti. Sed quia Alexander III. in Bulla quadam edita anno 1175. Commendatarios D. Iacobi approbavit, & tanquam veros Religiosos confirmavit; hodie tamen cum hujusmodi Commendatarij per multos annos in communitate non vivant, & circa vota castitatis, & paupertatis dispensationem obtulerint, imò nec regulam servant, & vivant ut merè seculares, & nullum habeant exercitium obedientiæ, existimo privilegium Canonis non gaudere, & ideo qui eos percussit, non incurrerent prædictam excommunicationem, nisi aliquibus in Regnis, & Provinciis obrinuerit consuetudo, vel privilegium aliquod illis patrocinetur.

2. Sed hæc opinio prorsus est refellenda; & ideo affirmativam sententiam docent communiter Doctores, quos, ego alibi citavi; unde novissimè Ioannes Henriquez in *compend. cas. moral. cap. 20. num. 70.* sic ait. [Tambien se deve advertir que los Cavalleros de las Ordenes Militares, gozan deste Indulto, porque son Religiosos; y aunque algunos Doctores afirman, que los Cavalleros del habito de Santiago, & los demas que hazen voto de castidad con jugal, no gozan, porque se pueden casar; pero no pruevan esto con razon alguna, y assi hablan mas probablemente, los que afirman que todos gozan deste Indulto.] Sic ille; Et, me citato, tenet etiam novissimè hanc opinionem doctissimus, & amicissimus Dominus meus Illustrissimus Ambrosius Machin. Archiepiscopus Calatitanus in *defensione immunitatis Ordinis Militarium, art. 4. n. 37. & art. 5. n. 90.* ubi probat dictos Equites gaudere privilegio Canonis, etiam si professionem non emisserint, sed tantum habitum acceperint, quam doctrinam, ut ipsemet Illustriss. Antistes observat, ego olim docui in *1. part. tr. 6. ref. 22.* De privilegio autem fori, quo gaudent dicti Equites, diximus *suprà in tr. 1.*

RESOL. I.

An percussientes Equites D. Iacobi, Alcantara, Calatrava, &c. incidant in censuram Canonis? Et quid de Novitiis prædictorum Equitum? Et queritur, quid dicendum sit de Commendatariis, in quibus major potest esse difficultas? Et quid de consuetudinibus circa prædicta? Et quid etiam sentiendum est de Equitibus D. Ioannis? Et an qui non Canonice ad statum Clericalem pervenerint, ita ut pro pena sit à gradu deficiendas, veluti si servus, &c. gaudeat privilegio Canonis? Ex p. 9. tr. 4. Ref. 7.

1. Negativè respondet Leone *de cens. recoll. §. 1. n. 25.* ubi sic ait: [Pro hujus difficultatis resolutione placet sententia Molinæ *tom. 4. de iustitia disp. 50. n. 5. ad fin.* qui etsi fateatur, hos alios Ordines militares

Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 9. tr. 2. Ref. 169. §. ult. prop. fin. Sed lege prædictum, §. per tot.

Alibi in Resolutionibus not. præterit.

Sup. hoc in Ref. seq. §. 1. in fine.

Quæ nunc est in t. 7. tr. 3. Ref. 54. Et pro sup. contento in lin. penult. hujus Ref. in §. 9. tr. 2. Ref. 169. §. 2. Prop. fin.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in t. 9. tr. 2. Ref. 169. §. 2. Prop. fin.

militares in principio ipsorum habuisse hoc Canonis privilegium; quia communiter vivebant, (et si quidam eorum solum castitatem conjugalem profitebantur,) ac etiam ob privilegiorum communicationem Religionum, quarum Regulas profitebantur; ceterum hodie cum à multis annis ejusmodi Commendatarii in Congregatione non vivant, dispensataque habeant maxima ex parte vota castitatis, ac paupertatis; neque vivant, nisi ut merè seculares, nullum ferè exercitium obedientiae habentes; intuemum arbitror, quod ad privilegia clericalia, seu Ecclesiastica attinet ad consuetudinem, illique erit standum: ubi subdit in Lusitania, & Castellae Regnis vigere consuetudinem in contrarium, nempe, quod non gaudeant isti equites dicto privilegio Canonis. Nota, quod Molina loquitur de Commendatariis, in quibus major potest esse difficultas, ex quo cum Commendatarii sint beneficia Ecclesiastica, illi videantur magis personae Ecclesiasticae, juxta notata per Duardum lib. 2. in Bulla Coena, can. 15. quasi. 5. ad finem. Attingit hoc idem Bonacina tom. 3. disp. 2. quasi. 3. punct. 6. num. 9. ibi: Nisi forte ibi contraria consuetudine fuerit abrogatum: in aliquibus enim Regnis usu receptum est, ut Equites nonnullarum Religionum non fruantur privilegio Canonum, quicquid sit de consuetudine in contrarium circa privilegium fori, de qua testatur Megala part. 3. lib. 5. c. 10. n. 27. Qui Bonacina etsi subdat illa verba: An autem illa consuetudo contra libertatem hujusmodi personarum legitima sit, patet ex his, quae dixi in Bulla Coena: tamen quia eo in loco tractat de consuetudine contra libertatem Ecclesiasticam, quae est de jure divino non potest illa doctrina applicari casui nostro, cum nulla censura sit de jure divino, ut saepius dictum fuit, nec etiam contra Haereticos; neque dicta privilegia istis competunt de jure divino, cum non sint verè Religiosi, ut declaravit Rota Romana apud Seraphinum, decis. 387. imò neque simpliciter personae Ecclesiasticae, sed tantum secundum quid, ut per Molinam locis supra citatis. Cum igitur tantum illis hoc competat ex declaratione Summi Pontificis, quae habet vim legis, potius recurrendum est ad aliam doctrinam, de qua supra, recoll. 2. ann. 7. 16. ubi de consuetudine excusante à poena excommunicationis, vel alterius censurae, ubi in specie, quod ad hoc sit sufficiens praescriptio decennialis, & non requiratur quadragenalis, ut putat Molina loco supra cit. & quod in dubio negativo probabilius possit quis judicare dictas censuras consuetudine fuisse abrogatas. Hucusque Leo, cui adde Casttrum Palaum tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 1. num. 16. & Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 17. diff. 22. n. 15. ubi sic ait: [Lo mismo se ha de dezir de los Cavallos militares de la Orden de S. Juan, como dizen Sylvestro, y Toledo, que estos hazen tres votos essenciales, como dize Paris de Puteo, y son Religiosos. Mas no se ha de estender esto à los demas de las Ordenes militares, sino es que sean Sacerdotes, ò Monjas, que los Cavallos de las Ordenes, que se pueden casar, no son absolutos, y verdaderamente Religiosos, como dize el Padre Fray Manuel Rodriguez, con otros.] Ita ille. Sed à sententia affirmativa, quam docui, non recedo; & ita praeter alios à me alibi adductos, tenet Megala ubi supra, num. 40. Fragosus de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 2. n. 44. & me citato, Pater Lezana in Summa, tom. 2. cap. 5. n. 38. ubi extendit hoc privilegium Canonis etiam ad Equites novitios.

Alibi in Resolutionibus not. praeterita.

Sup. hoc in Ref. praeterita, prope fin. verbi Vbi probat.

2. Sed non deseram hic obiter quaerere, quid dicendum de illo, qui non canonicè ad statum clericalem pervenisset, ita ut pro poena sit à gradu deiciendus, veluti si servus sine licentia domini Clericus efficeretur, ut in cap. Secundo, §. 4. distinct. Responde-

tur, & hunc Canonis privilegio gaudere: quantum omnia alia privilegia amittat, secundum Glossam in dist. c. Secundo, quod tamen verum non censet per verba textus ejusdem cap. Secundo, ubi ita scribitur: *Parvi servus non canonicè consecratus, postquam de gradu ceciderit, ejus conditionis sit, cujus fuerat ante gradum.* Ex quibus verbis constat omni privilegio privati. Et ita docet Megala in 3. part. Instit. Confess. lib. 4. cap. 4. quasi. 5. n. 18. cui adde Leonem n. 3.

RESOL. LI.

An notorius percussor Equitis Ierosolymitani, Calatravae, &c. vel Religiosi alterius Religionis Ordinis non habentis sit propter excommunicationem incursus irritandus?

Et an talis percussor sit vitandus ante iudicis sententiam, & declarationem?

Et an ad notorietatem per evidentiam facti requiratur, quod sciatur saltem evidenter à decem personis in oppido parvo, & à pluribus aliis in magna Civitate?

Et docetur, quod in odiosis nomine Clerici, non veniunt Religiosi, & quod interdicto Clero, non censentur interdicti Religiosi? Ex part. 10. tit. 14. & Misc. 4. Ref. 11. alias 9.

§. 1. Negativè respondet Carolus de Baucio in Miscellaneis, tom. 2. post tractatum de poenis penitentialibus in appendice, quaestione 21. ubi sic ait: Quis publicè percussit Monachum professum, sed nullo ordine insignitum neque prima tonsura, vel Equitem sancti Ioannis, Calatravae, &c. Ita publicè, ut nulla tergiversatione celari possit, an sit excommunicatus vitandus etiam si non sit denunciatus excommunicatus. Ratio dubitandi est, quia in Concilio Constantiensis fuit cautum, ut tantum excommunicati denunciati, & publici percussores Clericorum vitarentur quoad communionem in divinis, & in humanis. Respondetur non esse evitandum, quia Concilium Constantiensis loquitur de percussoribus Clericorum, non autem de gaudentibus privilegio Canonis; rectè advertit Suarez, de cens. disp. 9. §. 2. n. 11. Monachus professus non insignitus saltem prima tonsura, non est Clericus in rigore, & à fortiori, neque Eques S. Ioannis, Calatravae, &c. ergo non extendenda constitutio dicti Concilii ad has personas, cum sumus in odiosis, quae secundum regulas juris non sunt extendenda, ut rectè docet Carolus de Grassis de effect. Clericis, cum Doctoribus à se citatis, n. 14. ubi docet, quod in odiosis, nomine Clericorum non veniunt Religiosi Ita ille.

2. Sed mihi opinio amicissimi viri non placet: nam concedo quod sub nomine Clericorum in odiosis, non veniunt Religiosi; ut observat Abbas in c. 1. n. 7. ne Clerici vel Monachi, & in cap. 1. num. 3. de Instit. & in cap. n. 9. de Iuramento calumniar. Romanus conf. 359. & 418. Vnde evenit ut interdicto Clero non censentur interdicti Religiosi, quia sumus in odiosis, & ita resolunt, Henriquez in Summa, lib. 13. cap. 42. §. 1. etia lit. E. Maiolus de Irreg. lib. 3. cap. 20. num. 6. Vgolinus de censuris, tab. 5. cap. 20. §. 5. num. 3. Sayrus in summi tract. lib. 5. cap. 4. num. 29. Avila eod. tract. part. 1. disp. 1. dub. 4. concl. 7. Bonacina eodem tract. disp. 5. punct. 1. num. 11. Vivaldus in Candel. aureo, ubi de Interdicto num. 159. contra Calderinum de Interdicto, part. 1. num. 28. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 167. Covarr. num. 28. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 167. Covarr. in cap. Alma mater, part. 2. §. 1. num. 8. vers. Quintus, in cap. 5. disp. 31. §. 1. num. 11. Emman. Suarez de censur. tom. 5. disp. 31. §. 1. num. 11. in princip. man. Q. Regul. tom. 2. quasi. 108. art. 3. in princip. Sed